



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Örigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

IV. institutio puerilis, indoles,

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A rivent à *Αρη*, idest, *sal*, ad quos minime quidem possum accedere : *Αρη* enim factum est ex *Αgyptio* Or, cui à Græcis addita terminatio est. Or nomen fuit pastori cuidam *Αgyptio* Telegoni patri, qui septimus ab Inacho *Αgypti* regnum tenuit. Huius meminit Hieronymus in Chronici Eusebiani libro posteriore, & alterius Or in Epistola ad Cresiphonte m adversus Pelagium, cap. 2. *Αgyptiorum* Abbatum duorum vitam scripsit Palladius in Lausiaciis, quorum alteri Or nomen fuit, alteri Pior, præfixo nimirum *Αgyptio* articulo masculino. Idem alio loco meminit virginis Taor, nomini Or præfixo itidem articulo foemino *Αgyptio*. Or genuinum est Dei huius *Αgyptiaci* nomen, unde *Αρη* Græcum, adjecta terminatione. Quemadmodum autem in honorem Dei illius non unus appellatione Græcica *Αρη* dictus fuit; ita & *Αgyptiacum* *Αρη* multò in nomen asciverunt.

B runt. Quod si quis ergo ita dictus reperiat, non per metaplasmum pro *Αρη* ita putetur nuncupatus, ut coniectat Scaliger; sed *Αρη* è contrario à primigenio *Αρη* inducta Græcica forma detortum existimetur. *Αρη* autem purum putum Ebraicum est *אור*, quod lucem significat, & pro ipso etiam Sole usurpatur Jobi 31. 26, nec non est Jobi 36. 30. & *אור* 5. 30, juxta quorundam Interpretum expositionem. Iam vero unde manavit Origenis nomen in promptu est; ab *Αρη* nimirum fieri debuit *Αρηγενος*, non *Αρηγονος*, quemadmodum ab *Βρη*, *Βρηγενος* *Βρη*, non *Βρηγονος*. à *Βρη*, *Βρηγενος*. Bacchi Epitheton apud Nonnum, Origenes igitur idem fuerit quod *Phæbigena*, non quod *Montigena*. Erasmus, Caniniù, caterosque in fr autem illexerunt hæc Etymologi verba: *εὶ μὲρ εἰσὶν ὀρειγενὴς*, ἢ ἐκ ἀπὸν συμπαρον. *ου* *Εὐμ. Α* in *λα φτε*) ἢ ἐκ *Αρη* *Αρηγενος*. *δρον*, ὁρφ. ὀρειγενὴς, ὁρφ. ὀρηγενὴς. ὁ δὲ τῶν ὀρειγενήτων. Hæc rectius intellexit. *Ο* *Εὐμ. Β*

C sent profecto, si ad sequentia attendissent: τὸ ἴδιον ὄνομα ἢ *Βρυγενος*, *Βρη* *Βρηγενος*, *Βρη* *Βρηγενος*, *Βρη* *Βρηγενος*, nec enim apertius significare poterat Etymologiarum auctor aliud esse *Αρη* *Αρηγενος*, aliud, *Αρηγονος*. Ac alio itidem loco nomina illa, *Αρηγενος* & *Αρηγενος*, patronymica esse docet, nec proinde *Αρη* *Αρηγενος*, sed *Αρη* *Αρηγενος* *Αρη* *Αρηγενος* derivari. *Αρηγενος* autem usitatum inter *Αgyptios* multorum nomen fuit. Duorum eius nominis Grammaticorum meminit Suidas, Thebæi alterius, ætætius Alexandrini. Ab Oro scilicet, quo etiam nomine complures, ut dixi, gavisi sunt. Ipse venator Orion, qui inter Astra relatus est, non quasi *Αρηγενος*, quod etymon Græcia mendax confinxit, sed ab Ebræo potius *אור*, quasi dicas, *Lucidus*, nomen habuit; hic est enim unus asterisimus omnium lucidissimus. Ebraicum autem nomen habuisse ipsum eo credibilius est, quod in *Βœotia* vixit, itidem ut Cadmus

D Orionis ætate non multo superior, qui Phœnicum linguam in Græciam intulit. Addit Hoëschelius pro *Αρηγενος* factum *Αρηγενος*, quemadmodum pro *ορειγενος* *ορειγενος*. Poëta *ορειγενος* dixerunt. Id nollem erudito viro excidisse, quod enim metri necessitate adducti ausi sunt Poëta aliquando, id in legem aut exemplum trahere non debuit. Nec felicitior aliorum conjectura, qui Origeni nomen factum volunt, quod tempestive genitus sit; nam sic scriberetur *Ορηγενος*, non *Οριγενος*. Inane est autem quod eius sententiæ confirmandæ gratia adjecit vir eruditus, se in vetustis Codicibus Origenis nomen cum aspiratione scriptum sæpius reperisse: certum quippe est longe etiam frequentius aspiratione carere: ab Horo nimirum appellatio est, qui aspirationem sibi vindicat aliquando, sapius etiam respuit.

E III. Id ergo nominis à puero habuit Origenes, at annis subinde prodeuntibus Adamantius cognominatus est, ὃν ἀδαμαντίνους δὲ σμῶς ἐκρεσσὶν ἄς ἀδὴν τὴν δόξιν. inquit Phontius; vel propter mentis adamantinum robur, quæ nullis in illustranda Scriptura, & in scribendo laboribus defatigaretur, quemadmodum in Epistola ad Marcellam prodit Hieronymus: vel quod tanquam invictus adamas fortiter veræ fidei opem ferret, omniaque in se missa Hæreticorum tela veritate ipsa retunderet. Atque id cognomentum sibi hunc ipsum ascivisse tradit Epiphanius. Hinc refellitur Erasmus illud ipsi iam à vitæ exortu non ex moribus inditum existimans. Ab ingenti etiam librorum quos assidue scribebat copia *οὐραίνης*, sive *ουραίνης*, sive *ουραίνης* dici meruit. Chalcenteri etiam attributum est ei ab Hieronymo cognomentum, ad Didymi illius Alexandrini Grammatici exemplum, qui ob indefessum scribendi studium, & assiduum circa libros moram eandem appellationem consecutus est; supra tria siquidem librorum millia & quingentos conscripsit, cum multo plures Origenem scripsisse proditum sit: minime autem dum viveret Adamantius noster Chalcenteri nomen gessit. Paribus de causis Apion Grammaticus, ac itidem *Αgyptius*, propter inusitatum in literariis laboribus constantiam, *Αρη* cognomine dictus est. Sed redeamus ad propositum.

F IV. Sex præter Origenem filios suscepit Leonides: at cum in illo admodum etiam tum puero magna ad virtutem eluceret indoles, omnem fere Patris amorem ac studium ad se convertit. Hunc itaque sibi domestica institutione, assiduisque præceptis formandum suscepit Leonides, animumque rudem primis imbuit Christianæ pietatis, divinarumq; simul & exoticarum doctrinarum elementis: sed ita tamen ut in quo, tidianis exer-



4 citationibus, humanarum literarum studiis sacrae disciplinae praerent. Erat omnino in A puero ingenium peracre & fervidum, singularis memoria, flagrans & incredibile studium, ut quidquid sibi impositum esset ad discendum non tam exciperet quam arriperet, docentemque Patrem discendo & quaerendo defatigaret. Cum enim selecti de Scriptura sancta loci singulis quibusque diebus memoriae commendandi ipsi proponerentur, proclivi verborum sensu non contentus, satagebat subire ad interiora, & reconditas sententias evoluere, Patremque assidua percontatione lacebatur. Ac puerum quidem immoderata quadam ingenij ubertate superfluentem coercebat, palamque castigabat; sed felicem nihilominus animi calorem tacitus admirans futurum augurabatur ut ad majora aspiraret aliquando, filioque nondum puberi summa omnia iudicio suo tribuebat. Sed quas interdum blanditas prudentia & gravitas continuerant, eas noctu patrius amor exprimebat; B ferunt siquidem dormientis cubiculum pueri sepe ingressum Patrem, nudatum filij pectus, sic tanquam aliquod Spiritus sancti domicilium fuisse exosculatum, Deoque grates egisse, qui se tam felici prole auxisset.

V. Postquam domesticis praerceptionibus roboratus animus publicam lucem quaerere coepit, Clementi Alexandrino, qui Pantani scholam regendam susceperat, in disciplina traditus est, quo magistro tantum valuit ingeniosi adolescentis exercitatio, ut praeter artium sacrarum disciplinam, ad quam meditationes fere referebat omnes, maximam etiam colligeret memoriam antiquitatis, & Mathematicas ad haec artes, facultatemque oratoriam adungeret. Applicavit deinde sese ad Ammonium, cognomento Saccam, & in eius exhedris insignem Philosophiae peritiam comparavit, sed Platonica praefertim, C qua tam altas in eius animo radices egit, ut succrescentes Christiana doctrinae fruges interficeret; nam Ecclesia scita fere exigebat ad normam Platonis, & sincera Christi dogmata Platonis, ut ita dicam, coloribus oblinebat. Est apud Vernerum in Fasciculo temporum Alexandri in Hierosolymitano Episcopatu decessorem Narcissum Origenis fuisse magistrum. Tale quidem nihil habet Eusebius; neque certe unde id sumserit Vernerus, comminisci possum. Halloxius Origenem scribit Pantanum quoque praerceptorem audivisse; cui uti assentiamur nulla nos adducunt Veterum testimonia; imo vero refragari etiam videntur: memorie quippe prodit Eusebius Origenem etiam tum puerum Clementis auditorem fuisse; post Pantanum autem Alexandrinae Scholae Clementem praefuisse. Docendi igitur curam tunc abiecerit Pantanus, cum primum magi- D stris usus est Origenes. Narrant quoque Magdeburgenses inter praerceptores Origenis Huillum recenseri ab Hieronymo in Apologia in Rufinum. Ab Huillo quidem nonnulla monitum fuisse Origenem, quae ad vtiorem Scripturae interpretationem pertinerent, narrat Hieronymus. Quod si praerceptor dicendus est, qui errantem meliora pro tempore amice submonet, profecto quicumque literis damus operam nostri invicem praerceptores sumus, quippe qui nos invicem monitis iuvamus & consilij, & hanc veniam petimusque, damusque vicissim.

VI. Duo porro hic videnda sunt, utrum Ammonium audiverit Origenes; tum pluresne huius nominis ex Ammonij schola prodierint: haec enim a viris eruditissimis in utramque partem disputata sunt. Priorem quaestionem agit Baronius ad annum Christi 234. E mirarique se dicit qui audire Ammonium potuerit Origenes Ammonio fere aetate suppar, & aliorum ipse institutioni ante annum aetatis tricesimum praefectus. Quasi non his saepe temporibus, ut pluribus probabimus infra, iam grandes natu viri scholas frequentarint; & huius ipsius Ammonij discipulus Plotinus, ad eum audiendum annos viginti octo natus non accesserit, annosque cum undecim audiverit: quasi Catechumenis fidei Christianae rudimenta tradere, & Grammaticam publice profiteri non potuerit Origenes; ipse successivis horis sepositum ad audiendum Ammonium tempus habere. Neque vero post Porphyrij, Eusebij, Nicephori, & Suidae testimonium, quin Ammonio magistro usus sit, potest dubitari.

VII. Spissior est & reconditior altera quaestio, cuius accurate pertractandi commodum nostri locum, non disputabimus tantum pluresne Origenes ex Ammonij schola orti sint, sed ab unone etiam & eodem Origene duplex Origenistarum Hareticorum secta profecta sit, tum etiam multiplexne fuerit Adamantium. Per mihi sane placet Henrici Valelij sententia, viri Ecclesiasticae juxta & profanae antiquitatis literate periti. Is in luculentis ad Eusebij Historiam annotationibus geminum Origenem Ammonio operam ad audiendum dedisse scribit, alterum Adamantium nostrum; alterum illum qui cum Herennio, & Plotino a condiscipulatu conjuncte vixit, & cuius frequens occurrit mentio in Vita Plotini a Porphyrio conscripta, & in libri De fine a Longino lucubrati fragmento, quod huic ipsi Vita Porphyrius intexuit. Rationes quibus id a sestruit Vir doctus brevi complectar. Adamantium Origenem Ammonij auditorem multam ex scriptis

Magdeburg.
Cent. 1. c. 10.
Hieronym.
Apol. lib.
1. cap. 7.